

III.

NEOVIDENSIS

Nro. 97. (*Neovidensis* 1806. Nro. 91.)

Ex Campis Elysiis
Colloquium Politicum
vita functorum.

Elysium.-Meum.- Die Martis 25. Novemb. 1806 (Neov. II. Nov.)

Silesiam astra dent!

Sile, si amas, tradent!

Anagramma purissimum.

Colloquentes Umbrae:

Comes Finkenstein, et Comes Herzberg.

Finkenstein. Exprobrationes jam nulli alteri rei inserviunt, quam ut tristes eventus revocent in memoriam.

Herzberg. Dixi, vaticinatus sum, et non tantum non sum auditus, sed ex ministerio amandatus. Contrarius eram paci Basilæensi, pro argumento adduxi metum nostrae Aulae, quo inde a temporibus Ludovici XIV percelebatur ob Vistulam, Ludovico XIV ad Rhenum consistente.

Finkenstein. Quam flebile fatum, unico praelio eversam esse nostram militarem Monarchiam!

Herzberg. Multum artis, et si ita loquatur

sit iter in medio territorii Borussici invenimus iterum Austerlitz. Natio, quae magnanimitatis, quam illi post illam pugnam exhibuimus tam cito oblita est, ubi ejus Imperator, eius Aula, et reliquiae exercitus tuam salutem tantum in concessis induciis invenit, est natio quae nobiscum cum successu nunquam dimicabit.

Interea, nobis contra Russos proficiscentibus, conscribantur demi novi exercitus, qui propediem aderunt ad defendendas nostras victorias. Omnis meus populus arma capit indignae ferens turpes condiciones nobis a Ministris Borussicis in suo delirio propositas. Nostrae viae, et munimenta plena sunt conscriptorum, qui ardent cupiditate vestris insistendi vestigiis. Non dabimus amplius ausam deceptoriae paci, nec prius deponemus arma, quam coegerimus Anglos, perpetuos nostrae nationis hostes, ad abjicienda consilia, turbas concitandi in continente, et ad renuntiandum tyrannidi marium.

Milites! Non possum mea erga vos sensa clarius exprimere, quam affirmando, amorem, quo me quotidie prosequimini, altissime esse animo meo infixum.

Datum in nostro Caesareo principe hospitio Potsdami 26. Octobris 1806.

Napoleon.

Ad mandatum Caesaris, Generalis excubiarum Magister magni exercitus. Princeps Neocomensis, et Valangimus

Mareschallus Alex. Berthier.

III.
NEOVIDENSIS

Nro. 97. (*Neovidensis* 1806. Nro. 91.)

Ex Campis Elysiis
Colloquium Politicum
vita functorum.

Elysiium--Meum-- Die Martis 25. Novemb. 1806 (*Neov. 11. Nov.*)

Silesiam astra dent!

Sile, si amas, tradent!

Anagramma purissimum.

Colloquentes Umbrae:

Comes Finkenstein, et Comes Herzberg.

Finkenstein. Exprobrationes jam nulli alteri
rei inserviunt, quam ut tristes eventus re-
vocent in memoriam.

Herzberg. Dixi, vaticinatus sum, et non
tantum non sum auditus, sed ex ministerio
amandatus. Contrarius eram paci Basilænsi,
pro argumento adduxi metum nostrae Aulae,
quo inde a temporibus Ludovici XIV percel-
lebatur ob Vistulam, Ludovico XIV ad Rhe-
num consistente.

Finkenstein. Quam flebile fatum, unico
praelio eversam esse nostram militarem Mon-
archiam!

Herzberg. Multum artis, et si ita loquar!

licet, multum debilis artificii inerat machinae. Multitudine hominum vix efficiente 6. milliones, aluimus ducentis millibus plures bellatores; dum Austria, fertilioribus gaudens provinciis, ampliorique territorio, in copia hominum 24 milliones aequante, vix numeravit trecenta armatorum millia. Nostrum itaque regnum constabat ex nimia arte composita Monarchia, et ideo intensissimo egebat Architecto, qui eam dirigeret. Accessit, eam sitam esse Russiam inter, et Austriam.

Finkenstein. Attamen successit nobis, Reichenbachii cogere Austriam ad pacem, in qua Belgradum, et Valachia Portae Ottomanicae restituta est.

Herzberg. Omnia rerum adjuncta nobis favebant. Austria, et Russia erat diuturnis bellis attrita. Belgum in nostrum commodum conflavit seditionem. Revolutio minabatur interitum, vel contagionem aliis regionibus, et aliae plures ejusmodi insinuationes suo tempore excitatae sunt in rem nostram. Non erat magis laboris dictare Reichenbachii pacem Sistoviensem.

Finkenstein. Quantum mihi deudandum fuit cum nostro Friderico Magno, ut novum Gallici Ministri Choiseul systema subruatur! Volebat ille tres tantum Monarchias, Gallicam, Russicam, & Austriacam in Europa existere, iisque caeteras provincias, adeoque etiam Borussiam subdicere; omnes has, et similes politicas speculationes feliciter aver-

licet, multum debilis artificii inerat machinae. Multitudine hominum vix efficiente 6. milliones, aluimus ducentis millibus plures bellatores; dum Austria, fertilioribus gaudens provinciis, ampliorique territorio, in copia hominum 24 milliones aequante, vix numeravit trecenta armatorum millia. Nostrum itaque regnum constabat ex nimia arte composita Monarchia, et ideo intensissimo egebat Architecto, qui eam dirigeret. Accedit, eam sitam esse Russiam inter, et Austriam.

Finkenstein. Attamen successit nobis, Reichenbachii cogere Austriam ad pacem, in qua Belgradum, et Valachia Portae Ottomanicae restituta est.

Herzberg. Omnia rerum adjuncta nobis favebant. Austria, et Russia erat diuturnis bellis attrita. Belgium in nostrum commodum conflavit seditionem. Revolutio minabatur interitum, vel contagionem aliis regionibus, et aliae plures ejusmodi insinuationes suo tempore excitatae sunt in rem nostram. Non erat magni laboris dictare Reichenbachii pacem Sistoviensem.

Finkenstein. Quantum mihi desudandum fuit cum nostro Friderico Magno, ut novum Gallici Ministri Choiseul systema subruatur! Volebat ille tres tantum Monarchias, Gallicam, Russicam, & Austriacam in Europa existere, iisque caeteras provincias, adeoque etiam Borussiam subjicere; omnes has, et similes politicas speculationes feliciter aver-

timus. Dilecte amice Herzberg! si nostram illius temporis politicam auctoritatem, ac potentiam mente recolam, et cum praesenti rerum statu conferam, adeo intime animus meus commovetur, ut eum vix possim colligere.

Herzberg. Semper adhuc sparguntur venturi Russi. Nescio quam in partem hoc accipiendum sit. Profecto in his rerum adjunctis ignoro, quid foret praestabilius, si politica quaestio oriretur: an per Russos, vel Gallos potius expediret occupari Borussia?

Finkenstein. Haec interrogatio est magni momenti, et gravia continet politica argumenta, quae in trutinam vocare nequeo. Interim Magdeburgum nondum est captum, uti prodidere Moguntinae ephemerides. Multo laetior nuncius perlatus est ad Rhenum inferiorem, et circulum Vestphalicum de 6. hujus, videlicet Regem Borussiae obtulisse pacis conditiones, et Principem Talleyrand Berolini struendae pacis basi operam dare.

Herzberg. Sed, quaeso, quali basi?

Finkenstein. Quae magnanimitati Imperatoris Napoleonis innitatur; Res enim nostrae pessimo sunt loco. Juvat breviter percurrere bellicos eventus. Decima octava relatio Potsdamo de 26. Octobris in summa sequentia habet: — Imperator invisit sepulcrum Friderici Magni. Magni hujus viri cineres asservantur in ligneo sarcophago, qui cupro involutus est. Ejus tumulus caret omni ornamento, victoriae monumento, alioque si-

quo, quod heroica ejus facta memoriae commendaret.

Imperator domui Irvaliderum Rissinae dono dedit Friderici gladium, nigrae aquilae ordinem, fasciam militarem Generalis, atque vexilla ab ejus turma praetoria in bello septennali circumlata. Veterani invalidi de exercitu Hanoverano summa cum veneratione accipient, quod primum belliducem, cujus memoriam nulla unquam delebit vetustas, quondam ornaverat.

Lordius Morpeth Anglicus ad Aulam Borussicam legatus tempore praelii ad Jenam commisi nonnisi sex horis distabat a loco pugnae, omnem fragorem tormentorum exaudivit; Paulo post accepit nuncium, Borussos esse victos, et repente circumdatus fuit a fugientibus, profugit clamando, se non posse capi; obtulit 60 aureos numos pro equo, quo tandem obtento evasit.

Propugnaculum Spandaviense, Berolino tribus, Potsdamo autem 4 horis remotum, bene munitum, in medio aquarum positum, praesidio mille ducentorum virorum, reque bellica, et frumentaria egregie instructum die 24, noctu obsidione cinctum est. Generalis Bertrand, mandatorum Caesaris executor, jam antea hunc locum pervestigaverat. Tormenta erant parata ad emittendos globos, at Praefectus arcis proposita a Mareschallo Lannes deditiois puncta, inferius exposita, subscripsit.

Undevigesima gallica relatio Caroliburgo de 27. Octobris ait: Imperator, hodie circa meridiem Potsdamo discedens perustravit munimentum Spandaviense, deditque Divisionis Generali Chasseloup, supremo architecto militari mandata, quomodo sit ad meliorem statum ponendum.

Indignatio adversus belli authores summum attigit gradum. Manifestum, quod Berolini libellus famosus audit, nullamque continet belli causam, concitavit contra ejus compilatorem totam nationem. Est autem scriptor, nomine Genz, e numero infamium hominum, qui auro venales sunt.

Quilibet calamitatum, quibus natio Borussiae premitur, culpam conjicit in Reginam: Omnes uno ore fatentur, illam anno superiore fuisse longe benignissimam, at a fatali congressu cum Alexandro Imperatore totam esse immutatam. In palatio nemo erat, qui de rebus disponderet adeo, ut gladius Friderici Magni, fascia militaris, qua in bello septennali praecingebatur, ejusque ordo nigræ aquilae inventa sint Potsdami. Haec tropaea cum voluptate apprehendit Imperator dicens: pluris ea facio 20 millionibus. Tum tantisper mente agitans cuinam concedendus esset iste thesaurus, ait, mittam illum meis in bello Hanoverano bene meritis militibus; donabo Praefecto domus Invalidorum; maneat ibidem.

Princeps Ludovicus Ferdinandus, in primo hujus belli conflictu occisus, vocatur Berolini palam parvus Dux Aurelianensis. Ju-

venis hic abusus est bonitate Regis adeo, ut eum offenderit. Ille fuit, qui ut antesignanus multorum juvenum Officialium tempore nocturno se contulit ad domum Ministri Haugvitz Parisiis reducis, ejusque fenestras confregit. Sub iudice lis est, an haec audacia, vel impunitas majorem mereatur admirationem.

Magna pars eorum, qui Berolino Magdeburgum, et versus Viadrum fugerunt, capta est a levis armaturae equitatu, praeterea jam plures quam 60. naves vestitu, farina, et re tormentaria onustae detentae sunt; Sunt equestres legiones, quae quingentis millibus plures numerant francos, atque argentum cum auro permutant cum jactura 50. fl. in centum. Arx Caroliburgum, in qua habitat Imperator, distat hora Berolino, et jacet ad fluvium Spream.

Turma Generalis Lasalle remorata est hostem ex 6. mille equitibus constantem. Hi totum equitatum effecere exercitus Borussici, atque relicto Magdeburgo primum formavere agmen Principis Hohenlohe, Stettinum sercipiens. Hora 4. pomeridiana, advenientibus in auxilium Dimachis, centuria Generalis Lasalle ea singulari fortitudine, qua se gallici equites in hoc bello distinxerunt, adorta est hostem, ut, licet fuerit numero superior, fugatus tamen sit usque ad pagum Zehdenick. Dimachi Reginae prodiverunt iterum in aciem, sed a Dimachis Divisionis Grouchianae impetiti magnam passi sunt cladem. Ex his 6.

mille equitibus multi retrusi sunt ad paludes, tercenti occubuerunt, 700 una cum equis capti sunt, inter quos reperitur tribunus legionis Reginae, et copiosi Officiales, vexillum quoque in nostram venit potestatem. Mareschallus Lannes veloci itinere properat ad succurrendum equitatu: Equites loricati tendunt dextram versus, altera autem pars exercitus proficiscitur Grausiam. Nos ante hunc exercitum, qui in suo itinere ex latere invadetur, et a fronte jam circumventus est, Stettinum peruenimus. In hoc statu sperare licet, ut nemo hostium evadat, utque residua pars exercitus Borussici, quae ad se congregandam inutiliter insumpsit Magdeburgi duos dies, non attingat Viadrum.

Haec pugna equestris ad pagum Zehdenick meretur attentionem: In utraque parte deerat peditatus, verum nostri equites longissimo post se relinquunt intervallo borussicos, qui ne tunc quidem sunt resistendo nostris, quando eosdem duplo etiam numero superant, uti hoc demonstrant eventus hujus belli.

BIOGRAPHIA.

Finkenstein (Carolus, Vilhelmus, S. R. I. Comes) Regius Borussicus primus Status Minister, natus erat 11. Februarii A. 1714,

et jam A. 1735 a Friderico, Vilhelmo I. in Sveciam missus legatus A. 1740 ex statione hac discessit in Daniam, ubi ad annum usque 1742 permaansit. Fridericus II. A. 1743 ablegavit illum gravibus in negotiis ad Georgium II, Regem Angliae, tunc ad Rhenum commorantem; deinde vero A. 1744 jussit comitari Berolino in Sveciam Principem Ludovicam Ulricam, in throno Svecico successorem, et in eadem Aula munere legati extraordinarii fungi usque ad annum 1746. Tandem eum A. 1747. 25. Febr. creatum intimum status Ministrum destinavit pro legato in Russiam, ubi a 4 Aprilis usque 9. Decembris A. 1748 detentus est. E vivis denique decedente Mardefeldtio primario Ministro, eidem suffectus est A. 1749. ut negotia externa Berolini administraret. Huic muneri praefuit primum cum suo seniore Collega, Comite Podevils, post ejus autem mortem (quae 30. Julii evenit A. 1760) ultimis belli septennalis tribus annis solus, et deinde (assumpto in Ministerium Comite Herzberg) iterum cum aliis Status ministris, universim medio saeculo fuit a consiliis Regum. Die 5. Julii Anni 1790 celebravit quinquagesimum sui ministerii annum; vivere desiit 3. Januarii A. 1800, aetate natus 86.

N

Sect

E

Elysi

Q

unt

cun

est

per

nam

coll

phia

to m

se n

dire

max

Pho

secu

nost

doc

ad

mar

stri